



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

Besse, Pierre de
Coloniae Agrippinae, A. M.DC.XXIX

Reuerendo & Doctissimo Domino, Petro De Besse, SS. Theologiæ Doctori
Parisiensi, Regi Christianissimo Galliarum a Concionibus, Joannes Kinckius
Bibliopola Coloniensis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56232](#)

Reuerendo & Doctissimo Domino,

P E T R O D E B E S S E ,
S S . T H E O L O G I A E D O C T O R I
P a r i s i e n s i , R e g i C h r i s t i a n i s s i m o G a l -
l i a r u m à C o n c i o n i b u s ,
J e a n n e s K i n c k i u s B i b l i o p o l a C o l o n i e n s i s .

Rumina ad locum vnde exeunt, reuerti, vt iterum Ecclesi. fluant, Sapientis elogium est. & mirum cuiquam videri poterit, si ego hæc sacra eruditio[n]is & sapientiæ fluenta ad fontem suum reducam, vt deinceps tanto fluant vberius? Testis est Europa, & Orbis, quām lata, laborum, & Librorum scaturagine, quām diuite eloquij venâ, & ora & pectora multorum haec tenus irrigaueris. Gallia inprimis, quæ nativo seu loquentem seu scribentem idiomate B E S S E V M velut Tullium aliquem audit, legit, obstupestcit. Eloquentiæ & doctrinæ famam, mox nationes aliae, & in primis Germania Doctoru[m] cultrix & admiratrix, exceptit; quin & Latinè, nec non Germanicè te loqui & intelligi voluit, vt tam gratus Sapientiæ & Eloquentiæ gustus ad plures dimanaret. Tentatum hoc à multis cessit feliciter, pluribus profuit; plurimis placuit; & quod alias mirum, rarumque, ipsi etiam Auctori, rara quidem illa Interpretum felicitas, aut dexteritas; ad amissim adsequi Scriptoris mentem, & sensum exprimere; attamentalem tu natus es, vt, vel te ipso Iudice, non potuerit esse diligentior neq[ue] eloquentior. Id sanè testantur tuæ ad me litteræ amoris ac benevolentiæ plenissimæ, cuius hæc verba sunt: *Magnam inde percepilætitiam, Authoris laudavi industriam, magnifici doctrinam, suspexi ingenium, probavi versionem, sed præceteris in eloquendo facilitatem, & felicitatem sum miratus.*


Dum itaque Interpretis industriam, & meos conatus adeò

¶ 2

Tibi,

EPIST. DEDICATORIA.

Tibi, imò Dogis omnibus probari viderem, nouam Operum tuorum editionem moliri cepi, quam nunc pro voto consummatam, Tibi offero, ac consecro, vt riu fontem, partus parentem suum repetant. de affectu tuo dubitare non sinit, cognita mihi iam pridem humanitas & benevolentia tua, qua vt porrò me, meosque conatus complecti non desinas; quin &, vt sapientiae tuae fluentis orbem irrigare identidem pergas, quoad artas cum laude prouecta, concederit, obnixè & ex animo voueo. In novo interim quadragesimali, novis conceptibus pleno desudat interpres, & breui Deo annuente in lucem prodibit. Coloniæ ipso Sancti Matthiæ Apostoli, Anno M. DC. XXIX.



EX LITTERIS REVERENDI D. PETRI BESSAEI, QVIBVS
laudat Interpretem suarum Concionum, & easdem sibi inscriptas.

Ioanni Kinckio Senatori & Bibliopolæ liberæ Imp. Ciuitatis Colonensis.

Sed aliud est, quod memorem, quo eti. qm te laudem, quod nempe liberos ipsi parenti, si et us arbori, effectu causa, riuiulos origini, ipsum opus Authori, mibiique meos Conceptus, noue sed nobilitori habitu, obtuleris, commendaris, dedicaris, benevoli tui in me animi signum certissimum, laudum tuarum monumentum sempiternum. Quod retribuem nihil occurrit, quæ optem se se offerunt quamplurima, vnumque imprimis, vt scilicet tantis iibi sint opera tua, quantas fuerunt Bibliopolæ nostro Parisensi sua utilitati. Vigesies credo, & sapius ille conceptus nostros prelo subiecit, & immutabili semper precio diuendendos curauit. Quid dicam? fuit fortuna, cali benignitas tulit, vita morumque integritas effecit, (est enim vir probus admodum) vt ditisimus omnium penè Typographorum euaserit Lutetia, imo toti regno sufficiendus. Idem tibi bonus atspicys, & opto, & si ausim, polliceor. Interim noua mediter, breviq; excudenda citoque tibi deferenda curabo; Alios & sapientiores in Quadragesimam Conceptu paratos habeo, sed quæ præ manibus, quoq; bono publico non parum utilia spero prius proferendas, & in lucem edenda existimavi. Ita crede, sic spera, & metibi addicisci sum, tuq; sen per nominis memorem & cultorem scito sen pitemur. Vale, Lutetia Parisorum, &c. Meo velim nomine latine versionis Authorem eruditissimum & eloquentissimum saluta.

Tuus
PETRVS de BESSE
Doctor Parisiensis.

MAT-